



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre**

**Coloniae, 1610**

De pacificis possessoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

formes dicuntur. teste Barb. cons. 10. in fin. & cons. 20. Bene et in 3. volu. Anno Crauente. cons. 187.

Restitutio  
in integrum  
non impedi-  
tur execu-  
tionem.

Ad hæc restitutio in integrum minori concessa aduersus tres sententias conformes, non impedit interim executionem, teste Bal. in d. l. 1. C. de licet. 3. prouoc. & secundum istam opinionem fuit in Rota iudicatum, quando malitiæ præsumptio cessabat, alias contrarium secundum Cassad. in d. c. 1. de rest. in integ.

Vide tamen octo casus per Præposi. & alios in c. sua. col. 8. & seq. in gl. tertio appellare. de appella. in quibus licet tertio. prouocare. Soc. in tracta. fallen. regula. 328. prouocare. & ultra statutum est in ltylo parliamenti in 7. parte rubr. de fide instrum. ordina. 3. sic, vt à magis anfractibus. & infra ordinatum est, quod de processibus, qui de cætero fient de curiis prædictis, vbi non erit quæstio, nisi de tribus libris Turonen. soluendis semel, & infra, qui summarie sunt vacandi, non recipietur nisi prima appellatio ad iudicem regium proximiorum, ad quem pertinebit processum in prima figura absq; grossatione fieri asportari, alia additi in rub. C. ne lice. ter. prouoc. [Item sententia vna prouisionalis est executoria, non obstante appellatione per modum prouisionis, tam à iudice ecclesiastico, quàm seculari lata, non ratione huius text. in quo duæ vel tres requiruntur, sed quia est priuilegiata, vt si fuerit lata in causa alimentorū, vel cōgruæ portionis, vt plenissimè scripsi in vact. sent. prouiso. in 1. 10. n. comment. in const. reg. vbi dixi in casibus in quibus non licet de iure canonice appellare, iudex per modum prouisionis potest condemnare: hoc multis probarem, sed ne eadem repetam, missa nunc faciam.]

[Alias est in rub. de libere quieteq; possidentibus, vt supra in poemio parte, sed nolui quicquam immutare, cum ex hoc nihil detrimenti, aut emolumenti maioris insit, & quia hæc rub. in his verbis frequentius allegatur, & super hoc titulo pauca scribā cum amplum super hoc ediderim tractatum, per quē iste titulus intelligi, ampliari & restringi potest.] [Ex §. monemus etiam

ordinariis, not. quod episcopi & archiepiscopi debent inquirere ne quis beneficium possideat sine titulo, & hoc maxime in suo nouo aduentu, ne intrusos fouere videantur: ad id debent visitare episcopatus, & singulos curatos & vicarios cogere, vt titulum eis ostendant: quod si facere recusauerint, debent declarare ius illi non competere, sed eo vocato & audito fieri debet. cap. licet episcopus. de præbend. sed hoc longum esset, quia hic postea appellaret vsque ad tres sententias conformes, vt supra visum fuit titulo de friuolis appellationibus. ob ista declaratione non vtuntur, vel raro, episcopi regni Franciæ. Sed inuenta est Praxis pro episcopis in inquirendis titulis beneficiorum. praxis in hoc regno, vt ipsi episcopi præcipiant curatis singulis quod exhibeant ipsi suos titulos, & qui recusat, episcopus statim illius beneficium alteri confert, & is cui collatum est accepta possessione agi possessorio, si alter ostendat verum titulum, manu tenebitur, si minus, collatio facta per episcopum valebit, & is obtinebit qui collationem ab episcopo habuerit. Item interrogare debet episcopus singulos curatos & vicarios sub iuramento, an aliud habeant beneficia, & quale, an curatum vel simplex: si dicunt se curatum habere, præcipiat vt ostendant dispensationem, per ca. ordinarij. de offic. ordin. in 6. quam si nolint ostendere conferat beneficium quod est in suo episcopatu, & sic vitabitur intrusio. At si curatus diceret se in presentiarum non habere, quia eum produxit, debet illi præstitueret certum tempus, & interim confert beneficium, quæ collatio non valebit, si ostendat titulum: alioqui episcopus præueniet Papam & sua collatio valebit, si titulus alterius non valeat: & ista est Franciæ regni praxis quo ad hoc.]

Praxis pro  
episcopis  
in inqui-  
rendis ti-  
tulis bene-  
ficiorum.

#### Rub. de pacificis possessoribus.

Possidens beneficium pacifice per triennium non potest postea molestari in possessorio, nec peritorio, nisi fuerit impediens, & ordinarij inquirere debent, ne quis beneficium sine titulo possideat.

**T**atuimus quoque quod quicumque, dummodo non sit violentus, sed habens coloratum titulum, pacificè sine lite prælaturam, dignitatem, personatum, & administrationem, vel officium, seu quodcumque beneficium ecclesiasticum triennio proximo hæctenus, vel pro tempore possederit, seu possidebit in petitorio vel possessorio à quoquam, etiam ratione iuris nouiter reperti, molestari nequeat, præterquam prætextu hostilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & illud iuxta concilium Vienenf. intimari debeat. lis autem hoc casu quo ad futuras controuersias intelligatur, si ad executionem citationis, iurisque sui in iudicio, vel exhibitionem, aut terminorum omnium obseruationem processum fuerit. Monemus etiam ordinarios, ut diligenter inquirent, ne quis sine titulo beneficium possideat, & si quem beneficium sine titulo possidere repererint, & declarent illius non competere, cuiusvis temporis detentione non obstante, de ipsoque beneficio possit illi, dummodo non sit intrusus *b*, vel violentus, aut aliàs indignus, vel alteri idoneo proiuderi.

**Inquirant.** Hæc inquisitio & declaratio non possunt fieri parte non citata, secus si Papa mandaret informari, & postea Papæ referri. *Calid. consil. 4. Papa*

*in rubr. de dila. [ & si clericus per triennium possederit beneficium, & perdidit institutionem, stabitur iuramento suo, clem. vna. de sequestra. posse. sed si steterit per decem annos, nulla probatio requiritur, vt consulti Felin. consil. 2. excellens. colum. 7. num. 30.]*

**b Intrusus.** Quis dicatur, text. in cap. *relatum. de iure patron.* dicit esse illum, qui non intrat per ostium: item qui nec re, nec nomine, nec communi opinione est prælatus, vel beneficiatus, & tamen possidet, vel quasi proprie dicitur intrusus. *Bald. in c. nisi. col. 1. de renunc. vel ille, qui sine ulla electione, & sine titulo sedem invadit, qui crimine falsi tenetur. l. eos. ff. de falsis. Bald. in c. pastoralis. col. 1. de except. Et his modis proprie dicitur intrusus, quo ad istum tit. res. Do. Gomez. in regula cancella. siml. q. 47. & seq. vide Domi. & Praepositi. in cap. propter. 19. Felin. in cap. in nostra. de rescrip. & in cap. veniens. de accus. ubi tradunt octo modis quem posse intrusum dici. [Vide quæ scripsi in praxi beneficio de subrogat.]*

Nota tamen requisita in hoc titulo. Primum est, quod quis habeat verum, vel coloratum titulum, quod probat hic text. ibi, coloratum habens, & c. plene scripti in tract. de pacif. possess. in 4. ampliatione, ubi conclusi non habentem in titulum non iuari hoc auxilio contra Gome. Et probare videtur iurisc. in l. Sulpitius. ff. de donatione. vbi. & v. ibi. si color, vel titulus, ut sic dixerim donationis.

Secundò, requiritur quod pacificè & sine lite possederit, ibi in tex. pacificè, & c. Et scripti in d. tract. 2. limitatio, quando quis pacificè dicatur possidere.

Tertiò requiritur quod possederit prælaturam, dignitatem, beneficium aut officium ecclesiasticum, in tex. ibi, ecclesiasticum. Secus si temporale & profanum, vt elucidavi in n. amplia. d. tract. de paci. poss.

Quartò, requiritur quod possederit triennio. Ibi triennio proximo, & sic debet esse continuum, non interpolatum. d. mica. de sequest. poss. Gomez. q. 20. super hac regula. text. in l. 2. ff. de statu defunct.

Quintò, requiritur quod possidens sit

fit habilis: nam inhabilis hoc auxilio non iuuatur, vt in limitatione 4. abundantius declarauit *m. d. mact.* vbi personas triginta inhabiles & vltra enumerauit.

Sexto, requiritur triennium completum & perfectum. *gloss. in verbo, triennio. in pragm. eod. titul.* Et ego scripsi in limitatione 5. num. 226.

[Septimo, requiritur quod bona fide possederit, alioqui male fidei possessor non prescribit. *reg. possessor. de regul. iur. in 6.* Ideo si post resignationem possederit non iuuatur hoc titulo, vt in *ract. dico.*

*Praxis huiusmodi.*  
\* Practica huiusmodi est, quod si quis molesterur super beneficio quod possedit per triennium completum, cum vero vel colorato titulo, vt impetret literas [de pacificis possessoribus vocatas] a cancellaria regia, directas illi iudici, super quo processus mouetur, & petat illas comprobari, & interinari, & tunc pars aduersa petit titulum ab impetrante exhiberi, quod debet a parte fieri per *reg. priman. ff. de regu. iur. in 6.* quia beneficium ecclesiasticum non potest possideri sine canonica institutione & debet probare suam exceptionem, super qua fundantur literæ, etiam antequam actor probet suum titulum. *per not. in cap. 1. de lite contest. in 6.* & ideo in conuentibus iudicis apud Molin. anno 1534. fuit condemnatus appellans ad emendam, & expensas, eo quod appellasset a sententia iudicis, qua fuerat dictum impetramentum cogendum ad ostendendum titulum, quamuis dixisset separatim si pars aduersa suum exhibuisset, quia non potest dici pacificus possessor, nisi coloratum saltem titulum habuerit, igitur oportet illum ostendere. Itaque quicumque molesterur post triennium super beneficio, impetrat has literas de pacificis possessoribus nominatas, per quas fit inhibito parti, ne molester, & postea approbantur coram iudice. vt plenius dixi in *constit. reg. rub. de causis possess. benef. in 3. rom. larr. 6.* vbi videbis septem in his literis requisita: his nunc contentus reliqua supplebis ex *gl. prag. & ex m. ract. in principio de pacifi. possessor.*

*Rubrica de publicis concubinariis.*

**N**ter opera charitatis computatur nubere concubinis, & meretricibus publicis. c. 1. inter opera de sponsa. sed hoc exerceant laici, clerici vero prohibentur nubere meretricibus. *Leui. 21. ca.* vbi de sacerdote loquens, dicit sordidam atque meretricem non accipiet vxorem, sed puellam virginem de populo suo. *cap. marium. 3. dist. & ibi gl. & ca. si quis. 3. 4. dist. vide text. in c. si. 32. q. 1.* & sic multo fortius prohibetur illis habere concubinam. *cap. nemo. 32. q. 4.* vbi dicitur nulli licet seire mulierem præter vxorem. Ideoque coniugii datum est tibi ius, ne in laqueum diaboli incidas, & cum muliere aliena delinquas. *cap. audire. 34. dist.* Et quamuis de iure ciuili licitum esset habere concubinam cuiuscunque ætatis, nisi minor duodecim annis esset. *l. in fin. & per totum. ff. de concubin.* requirebantur tamen multa antequam diceretur concubina, quæ tradunt gloss. & doct. in *§. fin. de nupt. instit. & in §. quibus. de hered. que ab intesta. defer. Luc. de Pen. in l. si coartatis. col. 2. C. de coart. l. 12.*

Hic vero intelligimus concubinam, quamlibet mulierem habentem cum clerico, vel laico, & actiones & passiones suas illi communicantem. *glo. in verbo, concubina. eo. tit. in prag.*

Prohibetur etiam habere subintroducendam mulierem. *cap. nullus. & c. interdixit. 32. dist.* vbi Arch. dicit esse respectu alicuius domestici officii, scilicet eam quæ sub obtentu alicuius officii, siue ministerii retinetur: vt pro facienda vel suenda veste: aliter tamen declaratur in historia ecclesiastica. *ca. 25. lib. 7.* vbi sic describitur, est enim tertium quoddam genus mulierum, secundum *Chrysostr. in serm.* quæ neq; vxores sunt, neq; concubinae. Sunt enim quidam, qui puellas in nuptas domum sine nuptiis ducunt: easq; usque ad supremam senectam secum inclusas tenent, non liberorum procreandorum gratia, quia dicunt se rem cum illis non habere: neq; libidinis, si quidem illas se dicunt incorruptas, inuolatasque seruare: sed eo introductas dicunt, quia opus erat.

*Clerici non debent nubere meretricibus.*

*Quæ dicitur concubina & subintroducenda.*

erat dictis puellis aliquo patrono aduersus maleuolos, quum non haberent maritos, tutores, nec parêtes, quum muliebris sexus subleuatione aliqua maximè egeat, & sic illa mulier sub illo velamine intra domum ducta, dicebatur introducta, quæ etiam hic prohibetur. Concubina etiam intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur, hanc coniugem facit affectus. c. omnibus, & seq. c. Christiano. 34. distin.

*De publicis concubinariis.*

Concubinarij à perceptione fructuum suorum beneficiorum sunt suspensi trium mensium spatio, & si interim concubinam non dimiserint, vel aliam assumpserint, sunt suis omnibus priuandi beneficij, & inhabiles, ad omnes honores, dignitates, officia & beneficia ecclesiastica, sine dispensatione superiorum, quæ non poterit illis impartiri si vomitu recidiuo ad concubinam redierint.



**E**T insuper a statuimus, quòd quicumq; clericus cuiuscunque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis, vel alterius præminentia fuerit, qui post præsentium notitiam (quam habere præsumat post duos menses post earundem præsentium publicationem, in ecclesijs cathedralibus factam, quam ipsi diocessani omnino facere teneantur, postquàm præsentem ad eorum notitiam peruenerint) fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus: quos suus superior in fabricam, vel aliam eundem ecclesiarum utilitatē, ex quibus hi fructibus percipiuntur conuertat.

Necnon huiusmodi publicum concubinariū, vt primū talē esse nouerit, mox suus superior moneretur, vt infra breuissimū terminū concubinā dimittat: & si illā non dimiserit, vel ea dimissa, aliam publicè resumpserit, iubemus vt ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij, vsque quo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum beneficiorum, officiorum ve sint inhabiles. qui si post dispensationē, recidiuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant.

**E**T insuper.) Hic titulus octo habet partes. Prima punit, publicos concubinarios. Secunda, ibi, quod si ii punit superiores clericorum negligentes imponere poenam concubinariis clericis, & prouidet quid agendum. In tertia ibi, publici, declarat qui dicantur publici concubinarij. Quarta ibi, quia verò, prohibet iudicibus ecclesiasticis questus pecuniarios à concubinariis recipere, quòd si receperint, dupli poenam imponit. Quinta ibi, ipsas autem, præcipit prælatis ipsas concubinas à suis subditis arcere, & filios concubinarij habitare. Sexta ibi, iubemus, iubet in synodis & capitulis ista publicari, & omnes subditos moneri ad dimittendum concubinas. Septima ibi, iniungimus, &c. iniungit secularibus, ne impediunt prælatos super concu-